

consentit Codex, ut *Psalmo I.* non repererim, nisi: *precepta contempneret pro praeteriret, intelligatur pro accipiatur cathedra, trahens eos in radices omisso in via, viam vero impiorum ut peccatorum non nosse, ubi Edita ut peccatorum non habent.* Suppletus est tamen et reffectus Textus per decursum a diversis manibus, illudque habet peculiare, ut, quod in *Editis Numerum 1.* Psalmi cujusvis conficit, in Codice *Prologus* inscribitur, Numerus vero 2. titulum uncialem praeferat: *Incipit De Psalmo*, vel *Incipit Textus Psalmi.* *Fol. 20.* habetur prior illa Enarratio in *Pf. XIV.* quam *Mauriani* rejecere in calcem *col. 1699.* Inter *Foll. 25.* et *30.* Compactoris vitio turbatum est. *Fol. 32. p. 2.* ad finem *Pf. XXV.* Codex adjicit: *animatur, nisi fuerit conuersus ad dominum.* *Fol. 53. p. 2.* Enarratio I. in *Pf. XXXII.* habita dicitur *In Mapalibus. Per Uigilias Sancti Martyris Cypriani,* et sequens *Ad Mensam eius,* id est, *Carthagine* in loco Martyrii. Post *Fol. 64.* excidere Membranae ab iis verbis *Serm. 2. in Pf. XXXIV. filium suum induit cilicio* — usque ad verba *Serm. 2. in Pf. XXXVI. Inducti sunt falsi testes, ut a iudicibus dampnarentur.* Post *Fol. 78.* rursus hiatus a verbis Enarrat. in *Pf. XXXIX. ipse ducit rectum* — usque ad verba Enarrat. in *Pf. XLI. Sic scriptum est in genesi. Posuit dominus cayn* &c. Idem accidit post *Fol. 81.* ubi a verbis Enarrat. in *Pf. XLII. sed ego ipse pono eam. Sed tristis*

est anima mea usque — omnia desunt usque ad verba in *Pf. XLIV. quasi aliquid. Calicem salutaris accipiam* &c. Item post *Fol. 106.* excidit Enarrat. *Pf. LI. a verbis: Huic ergo potentie comparatum corpus illud* —. Item post *Fol. 115.* Enarrat. *Pf. LV. a verbis: Si in deo, quare meos? Et in deo* — usque ad verba Enarrat. *Pf. LVII. sent deum non sicut deum glorificauerunt* &c. Explicit Pars haec magnifici, sed indigne mutilati Codicis in Expositione Tituli *Pf. LXVII. his verbis: Textum consideremus atque tractemus. Explicit De Titulo.*

CCCXXIV.

Pars altera Folior. nunc 161. R. 6 fortunam magis novercam experta, ab his verbis orditur: *quod non accepisti? Ut ergo discernatur ab impiis* &c. quae leguntur in Enarrat. *Pf. LXVII.* Sed neque haec integra est; abrumpitur enim in verbis: *Juda confessio dicitur interpretari, Zabulon habita* — et statim *fol. 3.* legas: *sed sicut illic apostolus sequitur: Qui est super omnia deus benedictus* &c. quae habentur in Enarrat. *Pf. LXXXI.* Post *fol. 14.* deficit *Pf. LXXXVII.* in his verbis: *omnia que impendebant evenisse* — et *fol. 15.* orditur: *de se Christianus debet sperare. Si uult esse firmus* &c. quae pertinent ad finem Enarrat. 2. *Pf. LXXXVIII.* Post *fol. 59.* excidit membrana continens Sermonem II. in *Pf. CIII. a verbis: ista de nobis: deinde domno et patri* &c.

&c. usque ad verba: *Quod medium dicitur, commune est.* &c. Post fol. 101. avulsa est pars Serm. XIX. in *Pf.* CXVIII. ab his verbis: *iniquitatis alienae. denique sequitur et dicit* — usque ad verba Serm. XXIX. *Quod est christus ihesus. Vnde hec ergo iste* &c. Post fol. 111. deficit *Pf.* CXXII. a verbis: *berendo illi ascendere* — ad verba: *proficisci vis longius. Da mihi sed da mihi* &c. quae sunt post medium *Pf.* CXXIII. Item post fol. 141. *Pf.* CXXXVI. a verbis: *et fit minor tempore* — ad verba *Pf.* CXXXVIII. *quia filius unicus dei dicit. Domine probasti me* &c. Item post fol. 145. *Pf.* CXXXIX. a verbis: *inter quos malos gemit* — ad verba *Pf.* CXLII. *Saulus in terra Christum in caelo sedentem* &c. Item post fol. 157. initium *Pf.* CXLVI. usque ad verba: *mentis meae et captivum me ducentem* &c. Demum in verbis *Pf.* CXLVII. *nisi spectacula. ne putent gentes se habere* — deficit *Codex*, quem ita misere multatum sane dolendum est. Exegimus eum ad Editionem Maur. ut jam supra dictum est.

CCCXXV.

R. 3084 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 229. f. maj. paene quadro, per duas columnas luculente pulcreque perscriptus, rubricis distinctus, et cum tot aliis claris Codicibus olim *κρημα* Coenobii Montis Pomerii Ord. Cist. in Austria super. complectitur D. *Augustini Enarrationes in I. Quin-*

quagenam Psalmorum ita comparatas. In nomine domini nostri ihesu christi incipit prologus Aurelii Augustini de laude psalmorum. Initium: *Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum* &c. Augustino in Editis olim tributum, sed non in omnibus *Mss.* reperiuntur testantur Mauriani; nec mirum, cum sit *Basilii* Prooemium in Psalmos Paraphraste *Rufino*. Sequitur alia Rubrica: *De Virtutibus psalmorum*. Nihil de hac Mauriani. Incipit: *Prophetie spiritus non semper prophetarum mentibus presto est, quatinus cum hunc non habent, se hunc agnoscant ex dono habere, cum habent.* Id quod illustratur *Elisaei* exemplo *Psalten* adduci iubentis. Tum vero ostenditur multiplex e frequentatione Psalmorum utilitas, descendendo etiam ad particularia, Psalmosque nominatim suggerendo, quos pro vario animi statu recitare sit opportunum. Et extat Libellus Sec. XV. *f. l. et a. 4.* impressus titulo *Augustini de Virtute Psalmorum*, qui partem Rubricae nostrae delibat. Illam excipit in Codice tertia: *De laude psalmorum*, pariter *Maurianis* intacta, et incipiens: *Canticum psalmorum corpus sanctificat, animas decorat, inuitat angelos in adiutorium* &c. atque hujus magnam partem *Remigius Autissiod.* suae *Enarrationi in Psalmos* titulo *Diſtorum S. Augustini* praemisit, ut videre est *Biblioth. PP. Lugd. T. XVI. col. 1044.* Ut meam de duabus his Rubricis mentem aperiam, ipsum vocabulum *Diſtorum*, quo *Remigius* utitur, innuit, eas *Augustini*